

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

2. An non pro lucro reputandum est, si corruptibile, & firmum, & ignominiosum mutetur in corruptibile, validum & gloriosum. Quod sit per mortem cum seminatur corpora nostra in terram, i. Cor. 15. v. 42. Et corpus sit glorificatum, Phil. 3. v. 21.

3. Cumque videatur mors damnosa esse, eo quod priuat hominem amicis charissimis, & bonis omnibus terrenis, ex contrario patet, quod lucrum sit maius: quia per mortem demum coniungitur cum charissimis & sanctissimis maioribus, & pro terrenis bonis consequimur celestia.

4. Maximum itaque lucrum est, quod per mortem pervenimus ad coronam immortabilem gloriae, i. Pet. 5. v. 4. 2. Tim. 4. v. 8. & coniugant illa nos cum filiis Dei.

Vbi quidem hoc sciendum, quod mors per se nobis hoc non praestaret, nisi per mortem Christi ita esset. (vi sic dicamus) reformata & in melius transmutata Christus enim sua morte nostram sic sanctificauit, ut quod nostrum fuisse maximum damnum, iam cesserit in nostrum maximum commodum.

Vsy s. Cur itaque mortem sic horremus? Da wir doch sonst alle gern gewinnen.

Lucrum est, non dampnum. Quin igitur potius ingemiscentes expectamus liberationem cum omni creatura, Rom. 8. v. 22. & desideramus domi esse, 2. Cor. 5. v. 2.

F I N I S.

THEMA LXXI.

Phil. 1. v. 23.

Cupio dissolu & esse cum Christo, quod & melius esset.

D I S P O S I T I O.

In hoc capite Paulus Apostolus ostendit, quod sciat, nondum instare vita finem, v. 25. Et tamen optat morti; si peccatum ipsum sit optio. Et hoc expresse addit, quod

Rr 3 viuere

viuere quidem cupiat, si Deo ita videatur, propter Philip-
penses & alios, ut diutius possit facere officium in Eccle-
sia. Quantum vero ad se attinet, dicit, melius fore si mori-
riatur. Apparet hic pietas Pauli, & admiratione digna est
illa Apostoli ~~in~~ⁱⁿ ~~h~~^u ~~i~~^a & promptitudo, quod semper acqui-
escit in voluntate diuina. Ideoque hunc locum paulo al-
tius considerabimus, dicitur:

1. Quam promptus & paratus sit mori. Wie lustig und
gutwillig er sei zum sterben.

2. Quae huius promptitudinis causa.

II. Pars.

Vix quisquam est, qui si optio penes ipsum esset, non e-
ligeret vitam porius quam mortem. Vide querelam His-
kiae, Ela. 2. 8.v. 10. & seqq. Et nemo tam senex, neque tam
miser, qui se non annum vivere posse putet.

Quod si vero incedunt cupiunt mori homines, illud
ex impatientia plerunque prouenit, & tunc cupiunt mori-
cum vel sunt in magnis tribulationibus: vel nō omnia ad
nutum succedunt. Elias cum fugeret ab Isabele, rogat
ut tollatur anima eius. Id certe infirmitatis erat: quia ri-
mebat vita suæ, 2. Reg. 19.v. 4. Rabelex impatientia, quia
sterilis, optat mori. Ge. 30. v. 1. Hiob ex impatientia suspic-
dium operat anima suæ, Hiob. 7.v. 15. Sic de ceteris. Gen.
27. in fine, Sarum tædet vitæ suæ.

Tale desiderium Paulus non habet, nec ex impatientia
mori cupit: quin immo officii causa paratus est diutius vi-
uere, & seruire Deo, vt patet ex sequenti v. 24.

At si Deo ita videatur, promptus & paratus esset, et
iamiam hac hora emigrare. Nec simpliciter tantum air,
Cupio mori sed i ~~m~~ⁱⁿ ~~u~~^{er} ~~u~~^{er} ~~u~~^{er} ~~u~~^{er}. Magno se desiderio teneri,
dicit. Hab ejus Lust darzu

Locvs. Idem debet esse affectus in nobis: vt nec Deo
inuitio velimus vivere, nec ipso volente recusemus mori.
Sicut enim peccant, qui Deo inuitio aut nondum euocâ-
te volunt mori (quos sc. vitæ tædiū cepit) cum teste Hie-
ronymi.

THEM
nomo Deu
merunt de c
ur, cū Deus
ras fugiant
noti animo
Gen. 1.5. v.
Daudem &
inflaret. Iof.
et. Luc. 2. v.
Libera nos de

At, inqu
promptus es
Wärmedien
Repf. Andi
terit. Id deni
1. Non
naturam,
Luc. 2. 1.
Indicat
vibus vita
factos qu
tancor coll
Quia ita
sonum Pau
liberati.

1. Non pu
elecum Ch
Stephanus
2. Quia
tanceterran
cum Chritu
redius.

Vsps Ea
dus imme

ronymo Deus non velit recipere animas, quæ ipso nolente exierunt de corpore: sic etiam peccant qui inuiti moriuntur, cū Deus reuocare voluerit, & indignabundi sub umbras fugiunt. Patriarchæ saturi dierum fuisse leguntur, & morti animo promptissimo.

Gen. 25. v. 8. & 35. v. 29. 1. Par. 30. v. 28. Job. 42. v. 17. Vide Daudem & Josuam de morte differentes, cum illius hora instaret. Jos. 23. v. 14. 1. Reg. 2. v. 2. Simeon, Nunc dimittis ait, Luc. 2. v. 29. Semper enim oramus, Fiat voluntas tua, Libera nos à malo.

II. Pars.

At, inquis, amara mors est, & dura est via illa, quis promptus esse potest? Wer kan lustig darzu seyn. Kein Wärnstein so klein es frammet sich mannes geträne wirdt Resp. Audiamus igitur, quid Paulum tam promptum fecerit. Id enim ex verbis ipsius colligere licet.

1: Non dicit se cupere mori, sed habere melius eis pœnæ mortis. Solui cupit. Fere eadem est phrasis Simeonis. Luc. 2. v. 29. Nō, λαλάνεις. Nunc soluis ferum.

Indicat hæc phrasis, nos esse hic miseriis & molestiis huius vitæ ligatos tanquam boues suo iugo: aut equos iunctos quadrigis. Illi gaudens cum tempus adeat, ut solvantur colla fumantia.

Quia itaq; dira passus est Paulus (vide catalogum passionum Pauli, 2. Cor. 11. à v. 24. ad finem) cupid tandem liberari.

1. Non putant se anima & corpore periturum, sed cupit esse cum Christo. Isvero estiu gloria patris, quem videns Stephanus lætatur, Act. 7. v. 56.

3. Quia melius seit esse cum Christo, ideoque Iubens ianc terram relinquere cupit. Nec melius tantum ait esse cum Christo, sed πολλῷ μᾶλιστρον καὶ πέπιστον: multo & longe melius.

Vv s Easdem rationes quisq; Christianus consideras, biud immerito cū Paulo desiderabit emigrare ex hac vita

R 4 I. Quis

1. Quis enim mercenarius non desiderat ymbram & quietem? Hiob. 7. vers. 2. Quis ligatus non cupit solari? Rom. 7. v. 24.

Neque hic opus plura addere de miseria humani generis, quam ipsa experientia docet.

Mirum ergo nos malle quotidie cruce premi, quam quiescere a laboribus, Apoc. 14. v. 13.

2. Deinde quis non cupiat esse cum Christo, qui unico hoc optauit, ut simus vbi ipse est, Job. 17. v. 24. Et omnes Iacob ad me, Joan. 12. v. 32. Quis non sequi cupiat trahentem & euocantem? praesertim cum velit nos facere coheredes, Rom. 8. v. 17. Ipse dicit, hereditate regnum, Matth. 25. v. 34.

3. Cumque multo & longe melius sit tibi viuere cum Christo, quam hic in mundo habere pressuram, Job. 16. v. 33, insani sunt, qui miseriā non cupiunt permutare cum abundantia gaudiorum, Psal. 16. v. 10, quam oculus non vidit, Isa. 64. 1. Cor. 2. v. 9.

F I N I S.

THEMA LXXII.

Phil. 2. v. 12.

Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operemini.

D I S P O S I T I O.

Omnium Christianorum hoc praecepsum esse debet studium, ut salutem æternam consequantur. Ideo Petrus hortatur, 2. Pet. 1. v. 10. Firmam facite electionem vestram. Et hoc logo Paulus, operemini salutem vestram. Si enim maxime homo esset felicissimus in his terris, & possideret omnes mundi thesauros; iacturam autem faceret animæ suæ, esset is omnium miserrimus, Matt. 16. v. 26. Cun itaque congregati simus hoc tempore in funere eius defuncti, de cuius salute nihil dubitamus, operæ precium erit

THEM
ni endice
solitam ope
gumus, fin
tunda et runc
dunes, qui e

Primo Par
et, operemini
Hoc verb
opera confe
consequi po
blister. Lu
cum pallium,
hola operatu
ter & vultu
Phil. 2. v. 9,
datu*li* hoc

Hoc ita
stum para
pria sua cu
dolgent, v
146. Paulus
pios indic
suntatur, v
iam huius
Atque si
cur, hoc e
Debet cred
Theol. 1. v. 1
Deinde v
Ostendens f
quid Garde
& sed de pre
de sollicitate
Quod si ven